





23

Gen. 6. num. 34

1771, 20

4

ORDINIS IURIDICI DECANVS
CHRISTIANVS HARTMANNVS
SAMVEL GATZERT D.

CANDIDATORVM PRAENOBILISSIMORVM
FRIDERICI CAROLI SCHWEIZER
FRANCOVRTANI
IN CIVITATE PATRIA ADVOCATI ORDINARIJ
PRAETERITA

NEC NON
GERHARDI IVLIANI KVIHNELL
PALATINI
CELSISSIMO COMITI NEOWEDAMO
A LITTERIS IN REGIMINE
FVTVRA

2172

SOLLEMNIA INAVGVRALIA
INDICIJ

ET
DE DOMINIO MOENI
QVATENVS INPRIMIS SPECTAT
AD SERENISSIMOS HASSIAE LANDGRAVIOS
TAMQVAM COMITES IN CATIMELIBOCO
AGERE INCIPIT.

GISSAE,

typis IOANNIS IACOBI BRAVNII acad. typogr.
MDCCLXXI.



Handwritten scribbles at the top of the page.

ORDINE • RIBICI DECANS
CHRISTIANVS HARTMANNVS
SAMVEL GAFFERT D

GEORGIORNI EXTERIORIBVS
FRIBERIO CAROLI SCHMIDT

FRIBERIO CAROLI SCHMIDT
FRIBERIO CAROLI SCHMIDT

GERHARDI IVLIANI KUNIBELI


CLASSISIMO SOCIETATE
FRIBERIO CAROLI SCHMIDT

SOALEMWIA LANNORRANIN
FRIBERIO CAROLI SCHMIDT

DE DOMINIO MORNI
GAFFERTVS INFRIBIS SPECTAT
AD SERBIVS MOS HASSIE LANGRANVS
TAMQVAM SOCIETAS IN GAVINIBOCCO
FRIBERIO CAROLI SCHMIDT

FRIBERIO CAROLI SCHMIDT

FRIBERIO CAROLI SCHMIDT



Handwritten scribbles on the right margin.





§. I.

Quum paris Candidatorum honores summi indi-
candi libello publico fuit, quorum alter
splendidam Francofurtensium ad Moenum ci-
uitatem veretur a natiuitate, alter a benefi-
ciis quondam colet vt piam matrem & pa-
triam, causarum quippe forensium ibidem
tractationi in posterum operam daturus: de
fluminis istius celeberrimi dominio, quod eatenus plane ad-
huc intactum & velut derelictum mansit a Doctoribus, quate-
nus inde ad Moguntiam inter terras Archiepiscopales & Comita-
tum Superiorem Catimelibocensem Serenissimi Landgrauii no-
stri secundo alueo deuehitur, paucis in praesentia exponere eo
magis videtur commodum, quo notius est in vulgus, Electo-
rem Moguntinum sibi vniuersum vindicare supremum in Mo-
eno ius extra Archipraesulatus etiam terrarum limites.

A

§. II.



§. II.

Primo autem omnium extra dubitationem positum esse monendum est, flumina nauigabilia & maiora publica, quemadmodum per Italiam olim a Friderico I. Imp. anno 1153. fisco Augustali vindicata fuerunt a), ita etiam in Germania a solo arbitrio dominioque Imperatorum pristinis temporibus pependisse, ut quicumque etiam iuris circa ea, ante natales superioritatis, quam vocamus, territorialis, statibus imperii competitisse vspiam traditum memoriae est, illud omne acceptum ferri debuerit gratiae imperatoriae. Sexcentis hinc exemplis constat, ipsos aquas aquarumue decursus, iura piscandi, molendina extruendi, vectigalium, pontium, grutiae, traiectus, littoris, insulas adeo ipsas atque iurisdictionem & ripatica in fluminibus publicis ab ea esse nactos. Et in iis quidem amnibus, quos tamquam praecipuos & primarios faulrix natura Germaniae largita est, eo minus singulare quid haec omnia continent, quo certius eos fluminum ipsius Imperii vice habuit antiquitas b). Sic, ut paucis hunc locum illustrem, custodia

a) Constitutione celebratissima, quae II. F. 56. legitur. Explosa enim iam est diu fatisque PRVCKMANNI, SIXTINI, BOCERI, ARVMAEI, CARPZOVII aliorumque communis fere olim sententia, legem illam ad Germaniam pertinuisse. Argumenta sistit Exc. BERTRAM in Diss. inaug. de genuino sensu ac valore Constitutionis Frider. I. Imp. I. F. 56. (Hal. 1765.)

b) Ne multum discedat oratio, Moenus, de quo agimus, non tantum in documento priuato de 1427. apud Cel. ORTHIVM von den Reichsmessen p. 254. vocatur *des b. richs straim*, sed in ipso priuilegio Imp. Wenceslai Suinturcensi ciuitati a. 1397. Pragae concessio, eo etiam nomine ornatur. Locus ita se habet: *erlauben und goeu-*



stodia Rheni Comitibus Palatinis olim commissa, non tantum illis nomen conciliasse fertur *der Erbvoegre des Rheins c)*; sed eadem quoque cum aliis adhuc in fluvium istum iuribus specialibus coniuncta & Palatino & caeteris ad Rhenum Electoribus a Caesare concessis, successu temporis in causa adeo atque pro fundamento fuit, ut tum Palatinus *d)*, tum Rhenani Electores coniunctim omnes, dominium Rheni uniuersum sibi solum, licet refragante iure, vindicando, reliquos imperii status eidem flumini vicinos plane ab eo excludere annisi sint *e)*,
id

nen ihuen in Craft dieses Briefs, aus Roem. Koenigl. Maechte, daß sie in Unserm und des Reichs Strohm uff dem Mayn, bey ihn, an der Statt und auch uff dem Lande, Brücken, Stege, Mühle, Waebre oder sonst andere Gebaende --- bauen sollen und mügen, ap. LVNIGIVM in R. N. Part. Spec. Cont. 4. P. II. Sect. 43. §. 12. p. 401. Ius piscandi priuatis quandoque in eiusmodi fluuio ab Imperatoribus datum, ortum fecit denominationi passim adhuc obtiaie, *der Reichsfischer*. Pertinet eo c. gr. familia nobilis *der Kayserlichen Reichs - Lehnfischer. Hertsperorum ab Hertsperburg*, Donauerdae de gentium, als Inhaber der zum Reich gehoerigen Fischebnz auf der Donau, quorum in litteris Senatus Donauerdani ad Vlmensem d. XXIV. Dec. A. R. S. CIOCCCXLIV. datis mentio iniicitur apud ENGAVIVM in Diff. de insularum in fluminibus publicis nazarum dominio. §. 43. *

e) Vid. GIOVANNI in *Germania Principe* Cap. 4. §. 16.

d) Dominium Rheni Palatinum extra territorii fines solide destruxit Perill, KLIPSTEINIVS in Diff. inaug. de *Dominio Rheni* (Gieß. 1740.) §. 21.

e) Docet hoc libellus Treuirensis a. 1743, sub hoc elogio editus: *Recapitulatio Actorum und fernere Ausfuhrung in Sachen Dvo Chur-*



id quod in causa Neowidensi nostris demum temporibus in iudicio imperiali aulico contra Electorem Treuirensis grauissime agitata primum innotuit, quum de ponte nauali Neowedano (*die stiegende Rheinbrücke bey Neuwied*) esset disceptatio *f*). Protectionem deinde ac defensionem *Visurgis* Bremensis ciuitati iam ab Henrici V. Imp. inde acuo demandatam *g*), *Albis* etiam tutelam a Carolo IV. Imp. Hamburgensibus commendatam fuisse *h*), satis superque est notum. Non vacat enim singulatim consignare alia iura innumera, quae in iisdem annibus imperii statibus membrisque larga manu olim distribuit

*Fürstl. Gnaden zu Trier, contra Ibro Churfürstl. Durchl. zu Coelhi und den Herrn Grafen zu Neu-Wied, eine bey Neu-Wied neuerlich angelegte stiegende Rhein-Brücke betreffend, pag. 4, vbi inter alia haec leguntur: Ist ein bey allen vier Rheinischen Herren Churfürsten festgesetztes Principium, daß kein Graf, noch Reichsstadt, deren Gebiet an den Rhein stoßet, an der Herrschaft und Jurisdiction über den Rhein-Strom participire, sondern daß solche denen vier Rheinischen Herrn Churfürsten priuarine zustehet. Et ne Comites forsan Ciuitatesque Imperii tantummodo exclusos haberi putes a condominio Rheni, Principes etiam Rheno vicini omnes pag. 14. nominatim ab eo arcentur. Sed quibus ficulneis argumentis nitatur haec adseritio, doctissime pleneque iam probatum est in *Sel. Iur. Publ. Nou. P. X. Cap. I.**

- f*) Ansam litis & historiam cum argumentis partium concinne expositam legehis in *Sel. I. P. N. P. IX. Cap. XIV. p. 340. - 368.*
- g*) Conferendus hic est Illustrissimus quondam *BYNAVIVS* in *Diff. de iure Imperatoris atque Imperii R. G. circa maria, §. 21.*
- h*) *Vid. Idem ibid. §. 23.*



buit Augustorum clementia. Tantum vero abest, ut de fluminibus illis maioribus tantummodo disposuerint Imperatores; ut potius vicinia nostra, ne in remotas regiones euagemur, vel hodie exemplum notabile praebeat dominii iurisque superioris ab iisdem in minores etiam fluuios exerciti. In mente habeo officium imperii libellandae aquae seu potius decidendi controuersias aquaticas per *Wetterauiam*, das Reichs - Wasser - Wiegerr - Amt in der Wetterau, quod in locum *Weistorum* a Feuerbach ab anno inde 1582. familia nobilis *Rauorum* ab *Holtzhausen* feudi titulo accipere solet ab imperio. Inuestiuntur, quae uerba sunt litterarum feudalium de 1664. i); mit der Obrigkeit, mit dem Wasser und weygen auf der Wetter, auf der Use und der Nidda eaque potestate facultas cognoscendi de controuersis aquaticis & molendinariis in tribus istis fluuiis comprehenditur. Senior quisque familiae Praefectus aquae uocatur *Wasser-Obrister* eiusque in locum substitutus *Wasser-Hauptmann*. Quinque praeterea adhibentur iudices aquatici sententiaeque executio penes Electorem Moguntinum est & Ser. Landgrauium Hasso-Darmstadinum k).

§. III.

Interim quaecumque olim etiam fuerit in flumina publica potestatis imperatoriae ratio, ex eo certe tempore, quo superior.

i) ap. LVNIGIYM in R. N. Vol. XII. pag. 95.

k) Si plenioris huius causae notitiam desideras, conferre iunabit in primis Perill. L. B. a CRAMER in den Werkl. Nebenst. P. XXIII. Nr. 2. P. XXX. Nr. 5. & Magnif. ESTOREM in der reuschben Rechtsgel. Vol. I. §. 2204. sq. & Vol. III. §. 2205. Binis uerbis rem quoque commemorat LVDEWIGIYS ad A. B. Tom. II. pag. 1128.



rioritas imperii Ordinum territorialis ortum formamque accepit, omnis iurium ambitus, quae regale illud annuum complecti consueuerat, nec habito quidem inter flumina Germaniae primariae aliaque publica discrimine, ad Principes imperii iure proprio neque Caesareae amplius concessionis indigo plenissime transit, ut exinde, priuilegiorum, pristina aetate citra notam limitis expressam nimis generatim forte datorum, vi ac potestate de suo tantum cuiusque territorio, uti fas erat: *dass Wind und Wasser, Land und Sand der Herrschaft gehoere*. Quoad igitur non constat, statum aliquem imperii ex priuilegio alto iusto titulo dominium fluminis alicuius uniuersum & quaque etiam regione uehatur, nominatim certoque impetrasse, cuiusmodi tamen speciem plane ignorat ius publicum nostrum: limite alio non posito, iisdem quoque deinde finibus circumscribatur necesse est regalis illa fluminum potestas, quibus territorium ipsum clauditur. Ex solo enim uocabulo iuris alicuius, saepe tantum specialissimi, in Rhenum, Visurgim, Moenum &c. concessi, proprietatem statim aliquam & quidem exclusiuam, nedum in alieno adeo territorio ac quasi ubique terrarum, annuum istorum elicere uelle &, quae ob aequale ius inter decem communia sunt, erepta iisdem uedecimo soli addicere, quum omnis eiusmodi concessio saluo iure tertii facta intelligi debeat strictimque explicari, durum est, ne dicam absurdum.

Quodsi nunc animum mente concipimus, qui tanquam naturalis terminus diuersorum Principum prouincias dirimit: uariisque adiacentis imperium fluuiatile e regione sua non potest non protendi usque ad illam lineam, quae medium alueum fecat. *Flumen enim, ut perquam concinne ait GRO-*

TIVS



TIVS a), etiam qua territoria determinat, non consideratur nude qua aqua est: sed qua aqua aluco tali fluens ripisque talibus inclusa. — Et sicut, si exaruisset flumen, prouinciae terminus maneret medietas aluei, qui proxime fuisset: (quia mens ea populorum concedentisue fuisse censenda est, vt flumen sui medietate quidem naturaliter fines dirimeret: quod si vero flumen esse desineret, vt tum teneret quisque, quod, flumine nunquam apparente; tenuisset); ita manente fluuio eadem medietas limitem ponat necesse est iuribus in illum adiacentium b). Si in eiusmodi casu flumen totum parti vni cedere debet, pacatione eam in rem opus est specialiu concessione. Sic plenam illam potestatem pacificandi & protegendi *Visurgim*, qua Bremenses ab Henrico V., Wilhelmo ac Wenceslao Imp. iterata vice vna cum Archiepiscopo donati fuere, expressim ab vtraque parte littoris a *Ciuitate Bremensi vsque ad mare* collatam in eos fuisse litterae concessionis docent c), his deinde verbis in Priuilegio Caroli V. Imp. ad d. 20. Iul. 1541. confirmatam: *Dasß die Stadt auf dem Strohm der Weser, von und unter*

a) in I. B. & P. Lib. II. c. 3. §. 17. 1.

b) Territorium enim non solum est in terris, verum etiam in aqua; quantumuis etenim aqua existit in superficie, illud tamen est quoque in solo, adeoque vnum & idem est territorium, quod eminet super aquas & quod immergitur aquis, vt egregie loquitur ORTHIVS de regali conducenti iure Cap. 3. p. m. 101. Huius rei probe gnari iam antiquis temporibus concessere Caesares subinde Ducatus cum territoriis maritans atque maritims, cum territoriis in terra marique. Exempla habet laudata Diff. BYNAVIANA I. c. §. 6.

c) Vid. LVXIG. R. N. Part. Spec. Cont. IV. P. I. p. 218. 222. 225.



unter der Stadt Bremen bis in die Salz-See an beyden Ufern oder Seiten des Wasser-Strombs alle Obrigkeit, Recht und Gerechtigkeit, Jurisdiction, Geboth und Verboth haben und üben moege d). Summo proinde iure nec in minorem nominis atque eruditionis gloriam Serenissimo Patriae Patri, cuius iam sanctius consilium egregie ornat, Perill. KLIPSTEINVS, ceu Comiti Catimelibocensi, laudabili studio vindicare olim in animum induxit medietatem alluentis Rheni, quoad omnes utilitates, incrementa insularia, alluiones, ripatica, aggeres, iurisdictionem & superioritatem territorialem, bis zur Haelfste des von der Catzenelubogischen Graenze ohnweit Gernsheim an, bis unter Ginsheim hinauf laufenden Rhein-Stroms e).

§. IV.
d) Ibid. p. 245.

e) Vt Ipse adfruit in fine dissertationis laudatae de *Domio Rheni*, pag. 45. quam tamen pars promissa specialis, quod valde dolemus, nondum est secuta. Ob ius in Rhenum nempe a Caesaribus imperitum, a pluribus inde saeculis in annum etiam illum Moguntini Archipraefules Landgrauis, licet sine fructu, audacter negarunt iura territorii, quoad superiorem Catimeliboci Comitatum praeterlabitur. Sed, agnita tandem causas iniquitate, conuentione amicabile ad d. 1. Febr. 1718. his ita sopita est, vt, praeter alia iura, in Rheni insulas Astheimenses (die Rhein-Auen bey Astheim disseits des kleinen Rheins) vsque ad limitem conuentum, vt artic. LXIV. quiete iam exerceat serenissima Domus alle hohe und niedere, wie auch geistliche und weltliche Jurisdiction, Tagbarkeit, merum imperium, und alles, was sonst zu der Landfürstlichen Territorial-Hobeit nach ihrem gauzen Complexu gerechnet werden kan. Ius traiectus Gernsheimensis liberrimum (die Rheinsfabr zu Gernsheim) iam a. 1579. strenue suis vindicauit Dnus GEORGIUS I.



§. IV.
Quibus ita praemissis, nunc demum parata sunt omnia ad tractandam, quam proposuimus, de Moeni dominio quaestionem. Sibi enim id Elector Moguntinus attribuit, non in suis tantum, sed in aliorum etiam statuum imperii prouinciis, quas aut transmeat Moenus aut alluit, eosque ab antiquissimis temporibus a nauigandi in eo libertate, insularum recens natarum dominio caeterisque fructibus ac iurisdictione excludere magno laborauit ausu, sibi soli quoque cognoscendi de criminibus in eo commissis potestatem deberi arbitratus. Complexus insignis horum iurium & privilegio Caroli IV. Imp. a. 1356. Gerlaco Archiepiscopo concessio deriuatur, quod ita habet:

Sibi uersa & singula privilegia & litteras super quibuscunque possessionibus, dominiis, principatibus, iuribus, libertatibus, honoribus, proprietatibus, immunitatibus, terris, territoriis, prouinciis, districtibus, castris, ciuitatibus, villis, locis, montibus, uallibus, planis, pascuis, siluis, ruberis, Aquis, aquarum decursibus, tam Rheni quam Moeni, ripis & fluminibus, in iisdem nauigandi transportandique iuribus & iurisdictionibus omnimodis, piscariis, piscinis, piscationibus, uenationibus, aucupationibus, uasallis, uasallagiis, feudis, feudatariis, collationibus, iuribus patronatus ecclesiarum, iudiciis, teloneis, uertigalibus, conductibus, dantiis, gabellis, monetis, pignoriis, obuentionibus, censibus, redditibus, ac aliis quibuscunque rebus, utilitatibus & emolumentis a).

Iam ex iis, quae praefaminis loco disserui, abunde, confido, patebit, sensum uerborum

aquis Moeni, ripis & fluminibus, in iisdem nauigandi transportandique iuribus & iurisdictionibus omnimodis

B

non

a) ap. LVNIGIVM in X. 26. Vol. XVI, p. 53.



non esse posse alium, quam vt Elector Moguntinus omnibus in Moenum iuribus frui debeat, quatenus aut transeat Archiepiscopus terras aut fines eius praeterlabatur. Quemadmodum enim reliquae facultates, quarum mentionem iniicit concessio, citra absurditatem extendi non possunt ad aliorum statuum imperii prouincias: ita nec in Moenum extra limites territorii Moguntini potestatis aliquid propitio iure ex ea poterit deriuari, nisi specialibus pactis & conuentionibus causa iuuetur aut saltem praescriptionis sustineatur auxilio. Interim notissimae sunt controuersiae, quas Primatem Germaniae inter & *Comites Isenburgicos* grauiter agitari vidit superius saeculum & quibus moleninum nauticum Kelsterbaci exstructum ansam praebuit ac fomentum. Nec incognitae sunt lites acerrimae, quae *Comitibus Hanoicis* in Camera imperiali motae olim fuerunt a Moguntinis de iure conducendi, iurisdictione & nauicula mercatoria, *Marktschiff* dicunt, ab illis in incrementum commercii nouiter composita *b)*. Sed euentus causae & Isenburgicae & Hanoicae non potuit non Moguntinensibus esse contrarius. Ac licet illustri *Francosurtensium* ciuitas nauigatione in Moeno aequae ac reliquis in eum iuribus intra fines suos multis annis ante vsa fuisset, quam priuilegium istud nactus erat Gerlacus Archiepiscopus *c)*, neque hodie dominio fluminis istius se destitui in ditio-

b) Consilium MERCKELBACHII hac in causa Moguntinis datum existat inter KLOCKII *Consilia Tom. I. Cons. V.* Sed propositio primaria, quae auctori pro basi fuit, quam falsissima erat petebatque, vt loqui amant, principium, *daß Ibro Churf. Gn. mit dem Regal des Wasserstrohms* ab vtraque ripa *belebnet sey*, *ibid.* n. 30.

c) Jam tempore Henrici V. *Francosurtum* duabus propriis nauiculis mercatoriis fuisse instructum, quas a. 1338. Ludouicus Imp. Kno-



ditione sua facile patiatur d), nihilo tamen secius multifariam & antiquo & recentiori aevo experta est Moguntinorum iniuriam e).

§. V.

Ne nimis autem grauitur haec & audacter adferri aestumes, ad litteras inuestiturae velim aduertat animum, a Maximiliano B 2. mil-

blauchio, cui nobili, concessit in pignus, Cel. ORTHIVS tradit in libro optimae frugis pleno von den berühmten zweien Reichsmessen, so in der Reichsstadt Franckfurt am Main jährlich gehalten werden. §. 144. p. 252. Anno demum 1584. transigendo eo res peruenit, ut bina nauigia Moguntinensia, quae adhuc singulis diebus Francofurto Moguntiam ire solent ac redire, sublatis propriis, in commodum quotidiani commercii, Francofurtenses admiserint. Eadem contentione vtriusque partis iurisdicchio fluuiatilis tum in ciuilibus tum criminalibus causis vna cum conductu modum accepit, qui vel hodie pro norma est. Integram eam exhibet LIMNAEVS in *Iur. Publ. Lib. VII. c. XVI. §. 50.* Confr. PFEFFINGERVS ad *Vivarium Vol. III. 742. sqq.* vbi inter alia copiam facit mandati Caesarei de relaxandis arrestis, cum Elector Moguntinus ob visitatam ex metu reprobae pecuniae a Magistratu nauem mercatoriam ciues quosdam Francofurtanos a. 1688. in carcerem coniecisset.

d) Ex merito igitur patriae suae illud vindicauit Cel. ORTHIVS l. c. §. 145. p. 253. seq. nouam simul cum Moguntinis controversiam commemorans, cui insula ad litus Griesheimense in Moeno enata ab anno inde 1726. in Consilio imperii aulico occasionem praebuit.

e) Vid. laud. ORTHIVS cit. l.



miliani I. Imp. inde temporibus Archiepiscopo impertiri solitas, quae interpretationis authenticae instar sententiam nostram expressis verbis confirmat & adprobat. Quid enim clarius esse potest sequentibus?

Und haben darumb — unsern lieben Neven und Churfürsten von Mainz alle und jeglich seyn und seines Stiffts Regalia, Lehen, Weltlichkeit, mit allen und jeglichen Mannschaften, Grafschaften, Herrschaften, Lebenschaften geistlichen und weltlichen, Erzten, Bergwerken, Salzwerken, Wildpannen, Weydneyn, Ehren, Rechten, Würden, Zierden, hohen und niedern Gerichten, Gerichts-Zwange, Strassen, Geleiten, Zoellen, Weggelten, Geborten und Verborten, Wasser-Flüsse, Leyen- Pfaede am Rheim und am Mayn, Inseln oder neuen Werthen oder Senden, mit allen andern Regalien. Rechten, wie die seyn oder seyn moegen, so weit seines Stiffts Güter oder Fürstliche Recht und Obrigkeit begreifen, nichts ausgenommen, zu Lehen gnaediglichen gereicht und verliehen a).

Haec certe Moguntinis scriptoribus pudorem affundere debent & ruborem etiam Doctoribus iuris publici, qui dominium Moeni Moguntiacum, territorio ipso latius, ceu rem indubiam somniantes, Archipraefuli cum BOECLERO b), VITRIARIO c) aliis-

a) Sunt verba litterarum feudalium de 1495. ap. LVNIGIVM c. l. Vol. VII. p. 18. quae plane eadem sunt cum recentioribus de 12. Jun. 1745.

b) In Noriria S. R. I. Lib. VI. c. 5. p. m. 143.

c) In Iustit. iur. publ. Lib. 3. Tit. X. §. 32. HORNIVS vero in Iuris publ. R. G. prudens. c. XXVIII. §. 34. cum KEMMERICHIO in Introduct. ad I. P. Lib. IV. c. VII. §. 4. dubitare videtur, Archiepiscopo ius tantum mundinarum super Moeno tribuens. COCCIVS quidem in Iur. publ. prudentia c. X. §. 12. dominium Moeni recte



aliisque ius in Moenum sine limite attribunt d).

§. VI.

Sed accedamus nunc ad princeps libelli caput, in quo potestatis illius in Moeno Moguntiacae erga Serenissimum Patriae Patrem ratio exponenda est in iis Comitatus Catinelibocensis Superioris partibus, quae flumine isto alluuntur.

Qua quidem in re manifesta argumenta in parato sunt, quae Celsissimos Comites iam olim supremum sibi in Moeno ius vsque ad medietatem eius vindicasse ita dilucide probant, ut ne cogitatum quidem tunc temporis videatur fuisse de iure aliquo contrario Moguntinensi. Ad manus est antiqua Scabinalis iurium Ratinheimensis demonstratio (*Schoeffen - Weistum zu Rahnheim*) a. 1428. composita a), in qua praeter varia de iure piscandi foroque Rahnheimensi piscatorio disposita, de iurisdictione Comitum ita legitur constitutum:

B 3

” Auch

inter dubia eiusdem iura refert, sed quod §. 11. Electorem actu iurisdictionem über das Märkerschiff exercere adferit, id non quidem ex privilegio iureve aliquo praecipuo proprio descendit, sed simul ex conventionione cum statibus imperii vicinis e. gr. Serenissimis Landgraviis, Republica Francofurtensi &c. ea propter initis, tam quoad originem quam determinationem, aestimandum est. Consulendi quoque sunt ad hunc locum GYNDLINGIVS & BERGERVS.

d) Vid. SCHWEDER in *Theatr. Praetens.* ed. Glasseyanae Tom. I. p. 810. Nec praeterit silentio praerensum hoc in Moenum ius MOSERVS in *der Einleitung in das Kärntnerische Staatsrecht.* Cap. 6. §. 5.

a) Sub hoc elogio: Anno Dni: MCCCCXXVIII. uf Dienstag nach Margrethe. Item weist das Gericht zu Rahnheim, was Fischheit



" Auch hatt der Scheffe gerweist, vver es Sach, das sich zwoen
 " schlugen uf dem Gescheidt, mitten uf dem Myne in dem Ge-
 " scheide oder uf dem Lande --- fallen sie beede uf Unfern Jun-
 " ckern Marck, sollen sie Unfern Juncker da bussfertig sin, fallen
 " sie uf die ander Marck, sollen sie demselben busen. Were es
 " aber Sach, das sich zwoen schlugen uf dem vorgeschriebenen
 " Gescheide, ond eyner fiel uf Unfers Junckern Marck, und der
 " ander uf die ander Marck, solle jecklicher dem busen, uf den
 " er felt.

Cum igitur in hoc loco ea, quae cis ac trans medietatem Moeni sunt, ad diuersa territoria referantur, delicti autem in flumine publico commissi cognitio & coercitio eum necessario, si spectas regulam, indicet, penes quem summa rerum est: omnino supremam in alluente Moeno potestatem vsque ad illam lineam finientem fixale oportuit penes Comites.

Ast flum hic abrumpere & quae dicenda supersunt, alii occasione seruare cogor, iis nunc potius in mentem reuocatis, quorum causa haec praefari debui. Quum enim duobus dignissimis Candidatis partium collati partium destinati sint honores iurium supremi, sollempnibus eorum inauguralibus publice indicandis reliquam scriptiunculae huius partem dicare postulat Ordinis Ictorum Decanale officium.

PRI-

und Herrlichkeit Unfers Junckern Gnade von Carzenelnbogen daselbst haben. Insignem his iurium notitiis probandi vim inesse docuit b. SENCKENBERGIVS in Meditation. de vniuers. iur. & hist. Med. VII. quae tota agit de demonstrationibus iurium, denen Weiszbüchern pag. 718-737.



Primus est

VIR PRAENOBILISSIMVS
FRIDERICVS CAROLVS SCHWEIZER

FRANCOFVRTANVS

qui vitam laudabilem his ipse verbis descripsit:

Natus sum in libera S. R. I. immediata republica Francofurtana ad Moenum anno C. n. 1749. d. 28. Octobris, Patre GOTTIEBIO SIGISMUNDO SCHWEIZERO I. u. Lto Principum ab Pfemburg Consiliario aulico, & aduocato ordinario Moeno Francofurtensi, Matre vero MARIA MAGDALENA ANDRAEAE WAGNERI oenopolae honestissimi quondam ac ciuis Francofurtensis filia. Parentum indulgentissimorum praecipua cura erat, ut iam a tenera iuuentute informationibus domesticis instruerer, sic uti & semper in me erudiendo omnem operam nauarunt, haud immemores, a teneris consuescere magni momenti esse. Patre ipso per aliquot annos vsus sum praeceptore optimo, fidelissimo, vsque dum XIImo aetatis anno ex ingenti liberalitate Generosissimi atque Excellentissimi Domini IOH. DANIELIS ab OHELSCHLAGER, Caesareae Maiestatis Consiliarii, Praesidis Consistorii ac Scabini Francofurtensis grauisissimi, Viri Doctrina aequae ac in patriam insignibus meritis celeberrimi, Patroni mei summo pietatis cultu venerandi, cuius erga me beneficia innumera gratissima maximeque deuota mente dum viuam, semper recolam, iisdem per septem



prem annos erudiver lectionibus priuatis, quibus tum *Viri*
 laudatissimi filius crebatur. Tandem anno 1768. mense
 Aprili. Tubingam me contuli, ibique a *Viro Illustri & Do-*
 ctissimo HARPRECHTIO fascēs Academicos tum tenente in ci-
 uinum academicorum numerum sui receptus. Praeceptores
 ibidem mihi fuerunt in *Philosophicis Viro Excellentissimi*
 FLOVQVETVS, BAVERVS & ROEKIVS, in *Historicis Excellen-*
 tissimus VHLANDIVS ac HOFFMANNVS, in *Iure denique*
Viri Illustres, Doctissimi, Consultissimi, HARPRECHTIVS,
 CANZIVS, TAFINGERVS ac KAPEFIVS, pro quorum in docendo
 fide ac industria non minus, quam pro singulari erga me
 humanitate ac benevolentia grates agam perpetuas. In me-
 dio fere studiorum cursu Parentem optimum praematuro
 fato mihi ereptum deslere me oportuit; post cuius obitum
 a Patris meis summo opere colendis mox in Patriam reuoca-
 tus, qui statim praxin amplecterer ac in defuncti Parentis
 negotia ac labores succederem, domum anno 1770. mense
 Iunii redii. Quo facto paullo post, quamuis gradum aca-
 demicum nondum adeptus, qui alias requiritur, tamen
 ex singulari gratia illustris Scabinorum Senatus in nume-
 rum Aduocatorum ordinariorum sub lege adipiscendi post
 aliquod temporis spatium summorum in iure honorum li-
 centiam, sui receptus, & exinde me hucusque laboribus
 practicis plane dedi. Nunc vero cum exoptem, ut adi-
 tus ad summos in utroque iure honores mihi patefiat, Illu-
 strum



strem ICTorum Ordinem Academiae Ludouicianae celebrivimum adii, utque mihi Licentia summos in iure honores ac privilegia doctoralia vite capeffendi gratiose concedatur submiffè rogavi.

Annuit Ordo noster precibus modestiffimis Viri tum morum elegantia tum litterarum cognitione praestantiffimi. Egregie superavit confucta examina, doctè explicuit textus ex utroque iure ipsi propofitos & habita primum ad. c. 8. X. de pignor. lectione cursoria, *Theses inaugurales* ad XXII. Mart. h. a. strenue defendit disputatione publica. Quibus omnibus feliciter peractis eodem Ipsi die ex decreto Ordinis nostri unanimi atque illustris Senatus Academici iussu LICENTIAM aditus ad summos in iure honores labens tribui.

Alter est

VIR PRAENOBILISSIMVS

GERHARDVS IVLIANVS KVIHNELL

PALATINVS

de vitae rationibus sequentem in modum exponens:

Primam lucem adspexi Altorffii prope Spiram anno 1741. die 27. Sbris. Pater mihi est LVDOVICVS KVIHNELL Seveniffimi Electoris Palatini Consiliarius. Matrem veneror ANNAM HELENAM SOPHIAM, Consulit quondam Cubensis IOHANNIS ARNOLDI WOLFFII filiam. Qui Parentes cariffimi me adepto anno nono demandavunt curae viri Periti PANIELIS, Gymnasii, quod Crucenaci flo-

C

rer.



vet, Rectoris, cuius ex praestanti institutione & doctissimis
 sermonibus, quibus per septem annos interfui, me multum
 profecisse gratus profiteor, a quo meritissimo viro etiam,
 haustus latinae graecaeque linguae, historiae ac Philosophiae
 principis, ad lectiones publicas promotus sum. Quibus ab-
 solutis, Themidos intrare adita decreui ideoque Marburgum
 concedens, ibi anno 1758. Mensis Maii die 19. in
 academiae album relatus Professoribus celeberrimis HOM-
 BERGIO ZU VACH, SPANGENBERGIO & COINGIO usus sum,
 ex illisque magna cum voluptate Philosophiam, primaque
 principia iurisprudentiae civilis hausi. In patriam deinde
 Vniuersitatem Heidelbergensem me contuli, in qua 1759. die
 12. Mensis Iunii in album Cuium Academicorum vite re-
 ceptus sum, Praestantissimos Professores ALEFFIVM &
 DAHMEN insigni discendi cupiditate audiui, & quamquam
 omne tempus in studia impendi cursumque Iuridicum con-
 feci, tamen vt satiarem & explem amplius cupiditatem
 meam Ienam postea studiorum gratia profectus sum. Prae-
 stito iuramento, ao. 1761. die 6. Octobr. in numerum stu-
 dioforum receptus sum. Commorato ibi per duos annos
 gratulari mihi licet de Praelectionibus ibi frequentatis Vi-
 rorum Illustrium & Excellentissimorum, HELFELDI, DA-
 RIESII, I. E. & P. W. SCHMIDIORVM, TITELII, SONNEN-
 SCHMIDII, in iure Naturae, Struuiana Iurisprudentia,
 Pandectis, Historia, quam vocant universalem, & Im-
 perii



perii Romano - Germanici, Publico, Canonico, Feudali,
Germanico, Criminali, Practico & Relatorio. Cursu
nunc studiorum feliciter peracto ad Lares Patrios tandem
reuersus a Celsissimo Domino Comite de Wied - Neuwied
officium regiminis Secretarii, die 5. Decbr. 1764. cle-
mentissime delegatum obtinui. Nunc optata occasio
patrefacta mihi erat, doctrinas iuridicas applicandi ad
facta, Relationes ex Actis formandi, sententias vite concipi-
endi & in illis scientiis non solum ex Vivo Excellentissimo
CHRISTIANO HISKIA HENRICO FISCHERO, Regiminis Neome-
dani Directore longe meritissimo, Patrono ac fautore meo
maximo honoris cultu prosequendo, sed etiam ex viris con-
sultissimis & celeberrimis nec non doctissimis aul. & Reg.
Consiliariis Assessoribusque, nempe BECKMANNO, SCHANZIO
WINTERO, MELSBACHIO, nobili de BODE & GREISSIO, quo-
rum gratam Memoriam nulla aetas in me delebit, omnem
fructum & habitum percipiendi. Fideliter & omni dili-
gentia quidem functus sum hoc munere per quatuor annos
& duos menses; sed quia semper animo circumspexeram, quo-
modo Proximo meo operam meam aduocando & consulendo
dicare possem, multum & saepe Dominum meum cle-
mentissimum, ad cineres usque maxima cum reuerentia pie
ac debite deuenerandum, precibus fatigauit, ut me cum bo-
na gratia dimitteret. Flexus est denique precibus meis ite-
ratis ac me dimisit die 30. Maii 1769. mihiq; insimul
adu-



aduocandi facultatem ac potestatem cum expressa reservatione tituli praerogatiuaeque Regiminis Secretarii in toto Comitatu coram omnibus Dicasteriis & utendi illo titulo omnibus in locis, testante decreto clementissimo d.d. Neomedae 30. Maii 1769. in signum clementiae perdurantis dedit. Spartam illam nouam ornare studui, & Neomedae non solum, sed etiam postea Mannhemii multis, qui auxilium coram Iudicio in rebus suis litigiosis a me implorauerunt fideliter & exacte semper hucusque patrocinium praestiti. Nunc in eo versor, ut ab Illustri ICtorum ordine in alma hac Ludouiciana summos in utroque iure honores ad normam statutorum adipiscar. Quod in proposito meo felix faustumque sit, Deus ter optimus maximus bene vertat.

Admissus igitur ad examina solita, talem se omnino exhibuit Vir in solida legum & cognitione & applicatione versatissimus, qualem augurabamur, ut proinde petitos DOCTORALES honores ex merito in ipsum conferre decretum sit. Hoc autem diligentiae virtutisque suae praemio ad d. XXX. Maii me promotore ornabitur, posteaquam, praemissis de Processu executiuo selectioribus quibusdam obseruationibus, Dissertationem inauguralem de Beneficio excussionis tertio hypothecae specialis possessori competente ad Nou. IV. & CXII. Praeside Collega coniunctissimo, Ill. KOCHIO publice defenderit. Quem actum vt MAGNIFICVS ACADEMIAE RECTOR, PROFESSORES AC PROCERES REI PVBLICAE TVM LITTERARIAE TVM CIVILIS OMNIVM ORDINVM CELEBERRIMI, HOSPITES imprimis atque
CIVES



CIVES ACADEMIAE GENEROSISSIMI ET NOBILISSIMI praesentia
sua splendidiorem reddere velint, summa, qua decet, obser-
vantia vehementer etiam atque etiam rogo. P. P. in Aca-
demia Ludouiciana d. XXV. Maii MDCCCLXXI.



11

1788

Das öffentliche Versteigerung der
im Oberrheinischen Reichskreis
verkauften Lehen und Grundstücke
des Reichsgrafen von Salm-Reifferscheidt
zu Salm-Reifferscheidt



70 200



VD 18

ULB Halle 3
004 087 81X



TA → α







Gen. C. num. 34
1771, 20

ORDINIS IVRIDICI DECANVS
CHRISTIANVS HARTMANNVS
SAMVEL GATZERT D.

CANDIDATORVM PRAENOBILISSIMORVM
FRIDERICI CAROLI SCHWEIZER
FRANCOVRTANI
IN CIVITATE PATRIA ADVOCATI ORDINARIJ
PRAETERITA

NEC NON
GERHARDI IVLIANI KVIHNELL
PALATINI

CELSISSIMO COMITI NEOWEDAMO
A LITTERIS IN REGIMINE
FVTVRA

SOLLEMNIA INAVGVRALIA
INDICIT

ET
DE DOMINIO MOENI
QVATENVS INPRIMIS SPECTAT
AD SERENISSIMOS HASSIAE LANDGRAVIOS
TAMQVAM COMITES IN CATIMELIBOCO
AGERE INCIPIT.

GISSAE,

typis IOANNIS IACOBI BRAVNII acad. typogr.
MDCCLXXI.

